



## **Magnum Bullarium Romanum, Seu Ejusdem Continuatio**

Quæ Supplementi loco sit, tum huicce, tum aliis quæ præcesserunt  
Editionibus, Romanæ, & Lugdunensi ...

Ab Alexandro VII. Ad Clementem X.

**Luxemburgi, MDCCXLII.**

XXX. Declaratio incursus in excommunicationem, & anathema, aliasque  
pœnas canonicas, ac Excommunicatio, & Anathema illorum qui nefariè  
vulnerarunt R. P. D. Jacobum Patriarcham Antiochenum, eorumque ...

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74833](#)

Publicatio.

*Anno à Nativitate D. N. Iesu Christi milleſimo ſexcentimo ſeptuagesimo ſecundo, Indiſtione decima, die vero 5. menſis Novembriſ, Pon-tificatus Sanctiss. in Chriſto Patris, D. N. D. Clementis divina Providentia Papa X. anno ejus tertio ſupradictum Breve affixum & publicatum fuit ad valvas Baſilice Lateranen. Prin-cipis Apoſtolorum, & S. Maria Majoris de Urbe, ac in aie Campi Flora, ac aliis locis ſolitis & conſuetis Urbiſ per me Gregorium Stagium Sanctiss. D. N. Papa Curf.*

*Carolus Franciſchinus Mag. Cursor.*

Nullibi ab-  
ſolvi.

XXX.

Declaratio incurſus in excommunicationem, & anathema, aliasque poenas canonicas, ac Excommunicatio, & Anathema illorum qui nefariè vulnerarunt R. P. D. Jacobum Patriarcham Antiochenum, eorumque compli-cum &c.

## C L E M E N S P A P A X.

*Ad perpetuam rei memoriam.*

Cafus, & lo-cus vulnera-tionis.

**C**UM ſicut non fine gravifimma animi nostri perturbatione acceperimus, Venerabilis Fra-ter Jacobus Patriarcha Antiochenus die ultima Novembriſ proximè præteriti circa primam no-ctis horam, dum per viam Julianam nuncupatam hujus Almae Urbiſ nostræ rheda ſua domum revertebatur, à nonnullis iniuitatis filiis, qui ad præfens ignorantur, uno, ſeu pluribus archibufiſ jaculatibus nefarie petitus, & gravifime, lethaliterque vulneratus fuerit.

**S. 1.** Nos crimen adeo horrendum, at-que execrandum, & quod Nos ſui atrocitate confudit, & poenis per ſacros Canones, Con-ciliorum generalium decreta, & Conſtitutiones Apoſtolicas infliftis, & promulgatis pro officii Noſtri debito vindicare, & punire volentes; Ex parte Dei omnipotentis Patris, & Filii, & Spiritus Sancti, auctoritate quoque Beatorum Apoſtolorum Petri, & Pauli, ac noſtra omnes, & singulos, qui nefarium facinus præ-fatum in personam diſi Jacobi Patriarchæ com-miferunt, aut illud fieri mandaverunt; ſeu fa-tum ab aliis ratum habuerunt, vel ſocii in hoc fuerunt facientium, aut conſilium, au-xilium, vel favorem illis dederint, ſeu illos ſcientia defenſaverunt, vel receptaverunt, aut in futurum defenſaverint, vel receptaverint, & generaliter quocunque tam detefandi ſceleris quomodo libet complices, & culpabiles, cuiuſcumque ſtatus, gradus, conditionis, qualita-tis, ordinis, præminentiae, & dignitatis, fi-vi Eccleſiaſtīca, fiue ſecularia, etiam ſpecialem, & individuam expreſſionem requirentiſ, exiſtant, anathematiſ, & excommunicationiſ majoriſ, aliasque poenas quacumque à ſacris Canonibus, Conciiliorum generalium decretiſ, & Conſtitutionibus Apoſtolicis & ſpeciatim illa quotannis in die Cœna Domini legi ſolita iñflictaſ eo ipſo damnabiliter incurrifte tenore præſentium declaramus, ipſoſque, & eoruſ quolibet, & quocumque ſcientiam de prædictiſ delinquentibus habenteſ, & non re-velanteſ anathematizamus, & excommunicationuſ, ac anathematizatoſ, & excommunicationiſ publicamuſ, & nunciamuſ. Ab excom-municationiſ autem, & anathematiſ hujusmodi ſententiis nemo prædictioſ per aliu, etiam maiorem ſedis Apoſtoliſca Penitentia-rium, quam Nos, & Romanum Pontificem pro tempore exiſtentem (præterquam in mor-tis articulo constitutis, nec etiam tunc niſi de ſtando Eccleſiæ mandatiſ, & ſatisfaciendo cauione præſita, atque cum reincidentia

eo ipſo quo convaluerint) etiam vigore, ſeu prætextu Jubilei Anni Sancti, Cruciate ſanctæ aliorumque Jubileorum, Indulgentiarum, in-ditorum, facultatum, & privilegiorum, etiam ſpeciali expreſſione dignorum, quibuscumque Eccleſiaſticoſ ſecularibus, & quorumcumque Ordinum, etiam Mendicantium, ac Militiarum regularibus, etiam Epifcopali, vel alia majori dignitate prædiſ, ipſiſque Ordinibus, & eoruſ Monasteriis, Conventibus, & Domibus, ac Capitulis, Collegiis, Confraternitatibus, Congregationibus, Hoſpitalibus, etiam S. Joa-niſ Hieroſolymitanii, & locis piis, necon laicis, etiam Regali, Ducali, & alia mundana præcellentia fulgentibus, per Nos, & Se-dem Apoſtolicam, ac cujuſvſis Concilii decreta verbo, Litteris, aut alia quacumque ſcrip-tura in genere, vel in ſpecie confeſſorum, & etiam pluriſ innovatorum, ac concedendo-rum, & innovan-dorum, abſolvi poſſint.

**S. 2.** Et quia major erit ipſorum confuſio quo ſua fuerit culpa patentior, quoque di-gnam satisfactionem præſtiterint, & abſolutionis beneficium, ut ſuprā, ſe obtinuiffe docue-rint; omnium, & ſingulorum Urbis præfaſe, ejuſque diſtrictuſ Baſilicarum, ac Collegia-tarum, Parochialium, cæterarumque tam ſecula-rium, quam regularium, virorum tamen Ec-cleſiarum reſpective Capitulis, Rectoribus, Conventibus, Collegiis, Superioribus, & aliis quibuſvſis Administratoribus, ſeu alias quomo-dolibet earum curam gerentiibus, necon omnibus, & ſingulis Patriarchis, Primatibus, Archiepifcopis, Epifcopis, & locorum Ordina-rii ubilibet conſtitutiſ per eadēm præfenteſ committiuſ, & in virtute ſanctæ obedientiæ diſtricte præcipiendo mandamus, ut Capitula quidem, Rectors, Conventus, Collegia, Su-periores, Adminiſtratores, & Eccleſiarum cu-ram gerenteſ præfaſi in eisdem Baſilicis, & Eccleſiis Urbiſ, diſi verò Patriarchæ, Prima-tes, Archiepifcopi, Epifcopi, & locorum Ordina-rii per ſe, vel aliū, ſeu alios per omnes Civitatum, & Dieceſum ſuarum Eccl-eſias reſpective quibuslibet diebus Dominicis, & festiſ, dum in eis major populi multitudi-no ad divina convenerit, pulſati campanis, & candelis accenſis, prædictos ſic excommu-nicatoſ, & anathematizatoſ ſolemni-ter publicent, & faciant.

**S. 3.** Quod ſi forte aliqui contra tenorem præſentium talibus excommunicatione, & ana-themate illaqueatiſ, vel eorum alicui abſolu-tionis beneficium impendere de facto præmu-ſperint, eos excommunicationis ſententia in-nodamus, gravius contra eos spiritualiter, & temporaliter, prout expedire noverimus, pro-cessuri.

**S. 4.** Decernenteſ præfenteſ Litteras, etiam ex eo quod prædicti, & quicunque alii in præmissis intereffe habenteſ, ſeu habere quo-modolibet prætendenteſ illiſ non confeſſe-rint, nec ad ea vocati, citati, & auditi fue-rint, de ſubreptioniſ, vel obreptioniſ, aut nullitatiſ vitio, ſeu intentioniſ noſtræ, aut alio quoq[ue] quantumvis ſubſtantiali defectu, vel ex quacumque alia cauſa, occaſione, co-lore, prætextu, & capite, etiam in corpo-re juris clauſo, notari, impugnari, invalida-ri, redargui, ſeu refundi, aut ad terminos juris reduci, aut adverſuſ illas aperitioniſ oris, reſtitutioniſ in integrum, vel aliud quocumque juris, facti, vel gratia remedium impe-trari, aut etiam mo-ruo proprio confeſſo quem-pian in judicio, vel extra illud uti, ſeu fe-juare nullo unquam tempore poſſe. Sicque & non aliter in præmissis per quocumque Ju-diceſ ordinarioſ, & delegatoſ, etiam Causa-

rum

Decretum  
Camerale de  
mandato Pau-  
li III,

rum Palatii Apostolici Auditores, ac S.R.E. Cardinales, etiam de Latere Legatos, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi & interpretandi facultate, & auctoritate, judicari & definiti debere, ac irritum, & inane, si fecus super his, a quocquam, quavis auctoritate, scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Specialiter,  
& ampli-  
fime contra-  
ris derogat.

§. 4. Non obstantibus quibusvis Apostolicis, ac in Universibus, Provincialibusque, & Synodalibus Concilii editis generalibus, vel specialibus Constitutionibus, & Ordinationibus, necnon quibuscumque, etiam iuramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, ac præscriptionibus quantumcumque longissimis, & immemorabilibus, Privilegiis quoque, Indultis, & literis Apostolicis generalibus, vel specialibus supradictis, vel eorum alicui, seu quibusvis aliis cujuscumque Ordinis, status, gradus, conditionis, dignitatis, & præminentiae fuerint, etiam si ut præmittitur Pontificali, Regali, Ducali, seu quavis alia Ecclesiastica, & mundana præfulgeant dignitate, a Sede prædicta ex quacumque causa, etiam per viam contractus, & remunerationis, etiam intuitu, & contemplatione Regum, Ducum, Rerum publicarum, & aliorum quorumcumque, ac sub quibuscumque verborum tenoribus, & formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, & insolitis clausulis, irritantibusque, & aliis Decretis in genere, vel in specie, etiam Motu proprio, ac etiam consistorialiter, & alias in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, & innovatis, etiam continentibus, quod excommunicari, & anathemizari non possint per literas Apostolicas non facientes plenam, & expressam, ac de verbo ad verbum de privilegiis, Indulgencias, & Indultis hujusmodi, ac de Ordinibus, locis, nominibus propriis, cognominibus, & dignitatibus eorum mentionem. Quibus omnibus, & singulis, etiam si pro sufficienti illorum derogatione de illis, eorumque totis tenoribus, specialis, specifica, expressa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per Clausulas generales idem importantes mentio, seu quævis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, tenores hujusmodi, ac si de verbo ad verbum infererentur, præsentibus propylene, & sufficienter expressis, & insertis habentes, illis alias in suo robre permanens, ad præmissorum effectum, hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, ac derogatum esse decernimus, & volumus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Datum Roma apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die 5. Decem. 1672. Pontificatus nostri Anno Tertio.

I G. Slusius.

Registrata in Secretaria Brevium in lib. 3, diver-  
sorum fol. 166.

## XXXI.

Confirmatio Decreti Cameralis, & illius ampliationis in favorem Inquiliinorum respectu anni Sancti.

Palutius tit. SS. XII. Apostolorum Presb. Card.,  
de Alteris S. R. E. Camerarius.

## Exordium.

A D favorem Inquiliinorum, & Subinqui-  
linorum hujus Almæ Urbis respectu anni Sancti, seu Jubilai quandocumque hujusmodi annus venisset de mandato fel. rec. Pauli Papa III. Decretum Camerale, & subinde de pari mandato etiam fel. rec. Greg. PP. XIII. d. Decreti confirmatio, & ampliatio emanarunt, hujusmodi sub tenore, videlicet.

§. 1. Aloysius tit. S. Marci Presbyter Cardinalis Cornelius S.R.E. Camerarius. Invenimus alias Decretum in Camera Apostolica in favo-

rem Inquiliinorum factum tenoris sequentis, videlicet - Guido Ascanius Sforza Sancti Eustachii Diaconus Cardinalis de S. Flora S.R.E. Camerarius. Nuper Nobis in Camera Apostolica, non sine animi Nostri disiplentia pro parte Inquiliinorum, & Subinqui- linorum Urbis querelantem expositum fuit, quod ipsi a Dominis Domorum per eos ad pensionem annuam conductarum respectu anni Sancti, sive Jubilai, tam sub augmento pensionis fictos oblatores maiorem pensionem offerentes inducentibus, quam etiam super eorum evacuatione, etiam locatione durante, afferentibus Domos predicas pro eorum usu habere velle, quotidie molestantur, & ex Domibus per eos conductis contra formam Juris expellunt; nihilominus expulsi Inquiliini, seu Subinqui- linis Domos predicas pro maiori pretio in grave damnum Inquiliinorum, sive Subinqui- linorum contra formam Decreti Cameralis, eorum promissionis, obligationis, & iuramenti alteri locant. Nos ut tenemur ex debito Nostri Camerarius Offici tranquillitati Curialium Inquiliinorum, & Subinqui- linorum, ac malitiis, calumniis, litibus, & controversiis, quæ inter Dominos Domorum ex una, ac Inquiliinos, & Subinqui- linos partibus ex altera quotidie exinde oriuntur, quantum possumus providere cipientes, ne Decretum alias per Antecessores Nostros, & Cameram Apostolicam in favorem Inquiliinorum factum in damnum, & præjudicium ipsorum retorqueatur: Idcirco de mandato SS. D. N. Papæ vivæ vocis oraculo Nobis desuper, ac ex Decreto in Camera Apostolica matura consideratione facta statuimus, & ordinamus, quod in futurum respectu anni Sancti, vel Jubilai, quandocumque hujusmodi annus venerit per annum antea, & pro d. anno Sancto, vel Jubilai Inquiliini pensione Domus per eos conductæ a Dominis ipsius augeri, nec modus solvendi pensionem alterari possit.

§. 2. Insuper pro majori Curialium Inquiliinorum, & Subinqui- linorum quiete, & ad lites, & controversias evitandas, ut præfertur, oraculo, & Decreto similibus declarando Decretum in favorem Inquiliinorum per Antecessores Nostros, & per Cameram Apostolicam alias factum in perpetuum statuimus, & ordinamus, quod ex nunc in posterum, durante locatione Inquiliini, tam ipse Inquiliini, quam Subinqui- linus ejusdem ex Domino ab eisdem conducta, sive subconducta a Domino ipius afferente Domum suam pro usu suo habere velle, expelli non posse; nisi juxta formam Juris communis, finita vero locatione quocumque modo finiatur, si Dominus pro usu suo Domum habere intendit, tunc utroque casu Inquiliinus expelli non possit, nisi prius Dominus juraverit, ac sub pena amissionis pensionis duorum annorum Domus, de qua agetur, de non locando alteri Domum predictam, vel partem ipsius, sed eam totam per se ipsum per annum inhabitando in ampliori forma Cameræ Apostolice cum censoris, & mandatis executivis se obligaverit; et si Dominus contravenerit statim in penam predictam incidat, quæ pena si non intervenerit accusator, pro medietate Fisco, pro pena perjurii, pro alia vero Inquiliino, vel Subinqui- lino respective in casu suo applicanda sit, sed si in d. casibus intervenierit accusator, tertia pars penae predictæ unicuique ipsorum applicetur.

§. 3. Declarantes, quod Subinqui- linus finita locatione sui authoris quocumque modo finiatur, etiam de consenu Domini, & Inquiliini hujusmodi Inquiliinorum privilegio non gaudeat, sed Domino volente teneatur eam liberam, & expeditam relaxare, nisi ab ipso Domino reconduam habeat, & si Notarius obligationem, & promissionem per Dominos Domorum faciendam contra formam præsens Nostri, & Cameræ Apostolicae Decreti rogare præsumperit, ad penam

Pér annum  
antea, & ipso  
anno Sancto  
Inquiliini  
pensiō Do-  
mus à Domi-  
nis augeri  
nequit.

Inquilius  
vel subinqui-  
linus ne-  
queunt à Do-  
mo expelli  
durante lo-  
catione, etiam si  
Dominus pro  
usu suo ea uti  
veli, nisi ser-  
vata forma  
juris.

Finita lo-  
catione  
Dominus Inquili-  
nus potest  
expellere.

Subinqui-  
linus finita lo-  
catione sui  
Authoris nō  
gaudet privi-  
legio Inqui-  
linorum nisi  
ab ipso Do-  
mino do-  
mum habeat  
recondu-  
ctam.